



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117824

§. 15. Labor.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66066)

Sæculum VI. Alias Orationes S. Benedictus non
A. C. 529. præscribit. Nullatenus vero dubitat,
c. 20. fore, ut Monachi sponte sua ad Oratio-
 nem mentalem incumbant, dum dicit;
c. 52. *Et ideo brevis debet esse & pura oratio,*
nisi forte ex inspiratione Divinæ Gratia
protendatur. Et iterum; finito Officio
 omnes ex Oratorio exire debere, ne si
 qui forte sibi peculiariter velint orare,
 impediantur, & qui secretius orant, non
 in clamosa voce orent, sed in lacrymis,
vit. c. 4. & intentione cordis. In ipsius quoque
 vita legitur, Monachos decantatis Psal-
 mis in orationem se dedisse, & unum ex
 illis ob suggestionem Dæmonis in ea per-
 severare non potuisse, sed solitum fuisse
 ex Oratorio exire.

§. XV.

L a b o r.

Reg. c. 48. Oratione completa Monachi reliquum
 diei tempus labori aut lectioni da-
 bant. In æstate, id est, a Paschate us-
 que ad primam Octobr. mane exibant
 ad laborem ab hora prima usque ad
 quartam, nempe a sexta usque ad deci-
 mam; horas vero pro diversitate &
 mensura lucis diurnæ vel producebant,
 vel contrahebant. Quatuor horis in la-
 bore exactis, ut dicit Regula, Lectioni
 vacabunt duabus horis usque ad horam
 ferme sextam. Post sextam & prandium
 in

in lectis suis in silentio acquiescent. Si Sæculum VI.
 quis legere voluerit, ita legat, ut alios A.C. 529.
 non perturbet. Nonam anticipabunt,
 & hujus horæ preces in medio horæ o-
 ctavæ id est media secunda dicent, &
 laborabunt usque ad Vesperam. Hic di-
 spicimus hos Monachos saltem horis se-
 ptem laborasse, & horis duabus Lectio-
 ni vacasse. S. Benedictus addit: *Si au-*
tem necessitas loci aut Paupertas exege-
rit, ut ad fruges colligendas per se occu-
pentur, non contristentur, quia tunc ve-
re Monachi sunt, si labore manuum sua-
rum vivunt, sicut & Patres nostri &
Apostoli.

In Hyeme, nempe a Calendis Octobr.
 usque ad Quadragesimam septem horis
 continuis laborabant. Primo legebant
 usque ad horam secundam id est usque
 ad octavam matutinam, tum Tertia a-
 gebatur, & deinde laborabant usque ad
 Nonam. Post quietem vacabant Lectio-
 ni aut dicendis memoriter Psalmis. In
 Quadragesima legebant usque ad ter-
 tiam, & ab hora nona matutina, nempe
 a tertia, usque ad quartam pomeridia-
 nam laborabant. In principio Quadra-
 gesimæ singulis dabatur ex Bibliotheca
 liber, quem ex integro legerent. Cum
 hora esset Lectionis unus aut duo Se-
 niores Monasterium circumibant, ut vi-
 derent, an inveniatur frater acediosus
 aut

Sæculum VI. aut dormiens, qui fabulis vacaret, & aliis
 A. C. 529. impedimento esset. Die Dominico o-
 mnes Lectioni vacabant, exceptis his,
 qui variis officiis onerati erant. Si quis
 non poterat meditari aut legere, ei opus,
 quod ficeret, injungebatur. Imbecilli
 vel delicati facile opus jubebantur per-
 ficer, ne violentia laboris oppriemerentur.

Fratres, qui in loco remoto labore-
 bant, & hora competenti ad Oratorium
 c. 50. venire non poterant, ibi, ubi operaban-
 tur, flectebant genua, & opus Dei age-
 bant. Qui in itinere constituti erant,
 ut poterant, servitutis pensum non ne-

Labor ma- gliebant reddere. Nullus fratum sibi
 nnum. ipsi opus deligebat, sed illud a Præposi-
 tis injungebatur.

c. 57. Artifices in Monaste-
 rio non poterant artes exercere, nisi jus-
 sisset Abbas, & cum omni humilitate.
*Si quis, inquit S. Benedictus, pro scien-
 tia artis suæ extollitur, quod videatur
 aliquid conferre Monasterio, talis avella-
 tur ab ipsa arte. Si quid ex operibus
 Artificum venumdandum est, illi, per
 quorum manus res transit, attendant, ne
 in fraudem Monasterii de pretio quid-
 quam sibi retineant, & dum vendunt, ne
 subrepant avaritiæ malum, sed semper a-
 liquantulum vilius detur, quam ab aliis
 sacerdaribus, ut in omnibus glorificetur
 Deus. Ex hac Artificum distinctione
 cognoscatur.*

cognoscimus, plerosque Monachos fuisse sæculum VI.
opifices, quales sunt operarum vulgus, A. C. 529.
atque viros nobilissimos sanctæ Humili-
tatis studio se ipsos ad vilitatem infimæ
plebis demisisse. Non opus erat studio,
quo linguam latinam, scilicet illa ætate
adhucdum vulgarem, addiscerent.

Monachi illi erant simplices Laici,
& nullum apparet indicium, S. Benedi-
ctum aliquo Ordine Clericali fuisse ini-
tiatum. Hoc non obstante Verbum
Dei prædicabat, cum constet, ipsum Fi-
deles suis sermonibus ad Fidem conver-
tisse. Monachos quoque suos sæpe mit-
tebat, ut ad Sanctimoniales in vicino lo-
co degentes sermonem haberent. Si *vit.c.19.*
Presbyter, inquit S. Benedictus, *in Mo-* *Reg. c.60.*
nasterium suscipi petat, non citius quam
Laicus admittatur, si autem in supplica-
tione perstiterit, sciat, se in nulla re a
Disciplinæ rigore fore immunem, ei ta-
men concedetur primo loco post Abbatem
stare, benedicere, & officio præesse, si jus-
serit Abbas. Si autem Congregatio ob
negotia temporalia convocetur, in illo lo-
co stabit, qui ei ordine Professionis in
Monasterio competit. Si quis Clerico-
rum inferiorum in Monasterium velit re-
cipi, in loco mediocri collocabitur. Si *c.61.*
Abbas aliquem Presbyterum vel Diacono-
num ordinari voluerit, inter suos eliget,
quem ea Dignitate condecorandum judi-
Hist. Eccles. Tom. VII. Ef cave-

Sæculum VI. caverit. Presbyter tamen ordinatus non
A. C. 529. idcirco minus subjectus erit Disciplina
Regulari & Præpositis suis. Si refræ-
ctarius sit, castigetur, imo & ex Monas-
terio, sed non sine consensu Episcopi, pel-
latur. Horis singulis ita opus suum de-
notat Regula, ut per Hebdomadam tem-
pus Missæ non inveniatur; inde primum
est credere, solum Diebus Dominicis Mo-
nachos Sacris interfuisse.

§. XVI.

Alimenta.

6.39. Quod ad alimenta spectat, S. Benedi-
ctus ad quamlibet Refectionem duo
pulmentaria cocta concedit, ut, qui ex
uno non possit edere, ex altero reficiatur.
Vox: *Pulmentarium*, qua utitur, pro-
prie legumina, seu grana in pultem, aut
jus densum, redacta significat, quamvis
etiam ad omnis generis obsonia elixa
extendi possit; at Monachorum pauper-
tas credere non sinit, sub hac voce etiam
comprehensos fuisse pisces, quos cibis
lautissimis Veteres accensebant. Regu-
la etiam tertiam portionem pomorum,
aut nascentium in illo loco leguminum
indulget. De die una tantum panis li-
bra id est duodecim unciæ, sive tempus
unius, sive duarum Refectionum sit,
conceditur. In potestate Abbatis sit,
aliquid addere, si supervenerit labor so-

lito